

N. 158.

A. D. 1191.

(15 febbraio, Indiz. IX).

<i>Data di luogo</i>	Bari.
<i>Rogatario</i>	Lupo protonot.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang.: alt. 0,81, largh. 0,28 1/2. Internamente macchiata.
<i>Scrittura</i>	Minuscola.
<i>Contenuto</i>	Iohannes, f. Gafuri Bernardi, di Bari, essendo gravemente infermo, fa il suo testamento.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Eterni Regis Incarnationis anno millesimo centesimo nonagesimo primo et Regni felicissimi domini nostri Tancredi gloriosi et magnifici Regis Sicilie et Italie anno secundo mense februario die quindecimo inductione nona. Ego Iohannes f. sire Gafuri Bernardi barenensis. Declaro quoniam infirmus sum valide et mortem metuo velud homo. Nunc cum aduc  
5 in vigore sensus memorie et locutionis permaneo ad rerum mearum testamentum formandum curam exibui ne lingua privatus intestatus deficiam. et sic coram nobilibus hominibus subscriptis testibus quibus [que] dispos[iturus eram] predixi voluntarie cum sana memoria et recta locutione per fustem constitui mihi epitropos sire Goffridum et sire Oggerium fratres  
10 meos filios predicti patris mei et dominum Petraccam buffum regalem barensum iudicem  
. . . . . avunculum meum f. domini Iohannis buffi regalis barensum iudicis et sire Silvestrum f.  
15 domini Guarnerii et Kirisergium cognatum meum f. domini Grimoaldi de Kirisergio . . . . .  
et sic iudicavi disposui atque precepi et in eorum [manibus commisi] ut si de hac infirmitate  
obiero integra portio mea totius stabilis quod cum predictis meis fratribus habeo iure bar  
. . . . . sit nepotum meorum filiorum predictorum sire Goffredi et sire Oggerii  
fratrum meorum ad faciendum ipsi in leg[itima] etat[e] exinde quod voluerint. Ita ut filii  
eiusdem sire Goffride in medietate portionis mee predicti stabilis inter se succedant. Simi-  
liter et filii iamdicti sire Oggerii in altera medietate eiusdem portionis mee iamdicti sta-  
bilis inter se succedant. et postea omnes predicti consopirini nepotes mei in omnibus pre-  
dictis . . . . . iudicatis. similiter inter se succedant. Ita tamen ut unusquisque  
20 de predictis fratribus teneat dum vixerit predictam portionem de affato stabili meo a me  
illorum filiis iudicatam et prout eius voluntas fuerit ad suam frugiet proprietatem. Ita qui-  
dem ut dentur de rebus meis pro anima mea ad Bisantiam sororem meam f. predicti patris  
mei et uxorem affati Kirisergii tres uncias tarenorum pro ancilla una sibi emenda. dentur  
etiam et ad Alfarananam cognatam meam uxorem predicti sire Goffredi fratri mei alie tres  
25 uncie tarenorum similiter pro alia ancilla sibi emenda. detur domino Iacobo sancte Marie  
Magdalene de causis (?) patruo meo media uncia tarenorum pro duabus quarantinis michi  
canendis. a die obitus miei ad duos annos in antea expletos. detur similiter eidem domino  
Iacobo patruo meo alia media uncia tarenorum pro duabus alteris quarantinis michi canendis  
videlicet in unoquoque anno quarta uncie tarenorum. Item et ad tres annos post obitum  
30 meum dentur fabrice barenensis archiepiscopatus pro anima mea tres uncie tarenorum per

unumquemque annum unciam unam. detur etiam et clericis ecclesie sancti Nicolai maioris  
 ubi eius sacre requiescant reliquie una uncia tarenorum et ad Dominicellam spuriam no-  
 stram detur pro anima mea medietas uncie tarenorum. Similiter et post obitum meum ad  
 octo annos in antea expletos dentur et expendantur pro officiando ad clericos quattuor un-  
 cie tarenorum per unumquemque annum medietas uncie. detur item unicuique monasterio 35  
 barensi monialium quartam uncie tarenorum. Super hec iudicavi atque precepi ut solvantur  
 de rebus meis huniversa debita predicti patris mei et mea que super nos emerserint uno-  
 quoque quia sic michi predicta omnia iudicare et ordinare complacuit. Que mea iudicatio  
 et dispositio sic agatur et perficiatur de causa in causa post obitum meum ab 40  
 ipsis epitropis meis et eorum heredibus ut predictum est. reservata michi potestate aliam iudica-  
 tionem faciendi etiam addendi et minuendi huic testamento dum in memoria mea vigeo.  
 omnia secundum meam voluntatem et sic hec iudicatio semper sit firma et stabilis nisi  
 aliam fecero ut predictum est. Unde coram eisdem testibus voluntarie ego qs. Iohannes va-  
 dium meque mediatorem omnibus supradictis epitropis meis dedi. Eo tinore ut omnes heredes 45  
 et parentes mei stent semper et maneant in hac predicta mea iudicatione et dispositione  
 in predicto ordine facta. et in nullo eam infringere vel contradicere valeant set si contra  
 fecerint obligo illos dare eis penam centum aureos solidos et totidem in publico inviti omnia  
 que predicta sunt adimplentes. Propter quod licentiam tribui affatis epitropis meis et eorum  
 heredibus pignerare omnes heredes et parentes meos per omnia eorum licita et illicita que-  
 cumque eis ubicumque invenerint sine calumnia donec omnia que prescripta sunt seriatim 50  
 perficiantur. Et hoc scriptum iudicationis scripsit Lupo protonotarius qui interfuit.

+ Iohannes Agralisti Peregrini f.

*Notitia testium: presentibus predicto domino indice . . . . et sire Iohanne Agral-  
 listi de sire Peregrino et sire Petracca Sebastiani.*